Pictorius:

Miraris iustos alios feliciter uti
Vita, alios tristes semp habere dies,
Sic etiam nocuis alijs contraria semper,
Atq alijs semp prospera fata dari.
Te moneo, fuge scrutari secreta tonantis
Consilia humani viribus ingenij.
Aut parcat Deus, aut caedat iustosve reosve
Veridico fiunt omnia iudicio.

Faustus Andrelinus:

Semper eget sitiens medijs ceu Tantalus undis,
Inter anhelatas pauper avarus opes.

Ausonius:

Effigiem rex Croese tuam ditissime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus
Constitit, utq procul solito maiore cachinno
Concussus dixit: quid tibi divitiae

Nunc prosunt